



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Gesetze der Westgoten**

**Wohlhaupter, Eugen**

**Weimar, 1936**

III. Titulus: De usurpatoribus et plagiatoribus mancipiorum // III. Titel: Von Leuten, die Sklaven an sich ziehen oder rauben

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69894](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69894)

Si vero servus domino nesciente ista commiserit, pro presumptione CC flagella suscipiat et quem excussit representet. Quem si non presentaverit, dominus eius, si voluerit, pro eo summam compositionis exolvat; quod si componere noluerit, iuxta crimen admissi servum aut pro damno aut pro supplicio tradat.

21. Antiqua. Si servus domino vel conservo fecerit furtum.

Si servus domino suo vel conservo aliquid involaverit, in domini potestate consistat, quid de eo facere velit; nec iudex se in hac re admisceat, nisi dominus servi fortasse voluerit.

22. Antiqua. Infra quod tempus fur captus iudici presentare iubetur.

Si quis furem aut quemcumque reum comprehenderit, statim perducatur ad iudicem. Ceterum sue domui amplius quam una die aut nocte eum retinere non audeat. Si quis contra hoc fecerit, quinque solidos pro sola presumptione iudici cogatur exolvere. Et si servus hoc sine domini conscientia fecerit, C flagella suscipiat. Si vero servus cum domini voluntate id commiserit, compositio redundet ad dominum; ita ut, si honestioris loci persona est, X solidos iudici cogatur exolvere, ex quibus medietatem sibi iudex usurpet et aliam medietate illi det, qui damnum noscitur pertulisse.

23. (Recessvindus.) Si furtive alienus quadrupes occidatur.

### III. Titulus: De usurpatoribus et plagiatoribus mancipiorum

1. (Recessvindus.) Si quis mancipium alienum usurpet.

2. (Chindasvindus.) Si servum vel ancillam ingenuus plagiasset detegitur.

3. Antiqua. De ingenuorum filiis plagiatis.

Qui filium aut filiam alicuius ingenui vel ingenue plagiaverit aut sollicitaverit et in populo nostro vel in alias regiones

Hat aber ein Knecht ohne Wissen seines Herrn solches getan, so empfangt er 200 Peitschenhiebe für seinen Frevel und stelle den wieder, den er befreit hat. Tut er es nicht, so kann sein Herr, wenn er will, an seiner Stelle die Bußsumme entrichten; will er das nicht, so soll er je nach der begangenen Missethat den Knecht entweder zum Ersatz oder zur Todesstrafe ausliefern.

21. Wenn ein Knecht bei seinem Herrn oder seinem Mitknecht einen Diebstahl begeht.

Hat ein Knecht seinem Herrn oder seinem Mitknecht etwas entwendet, so soll dem Herrn freistehen, was er mit ihm machen will; der Richter mische sich in diese Sache nur, wenn der Herr es will.

22. Innerhalb welcher Zeit ein gefangener Dieb dem Richter vorgeführt werden muß.

Hat jemand einen Dieb oder sonstigen Missetäter ergriffen, so führe er ihn sofort vor den Richter. Im übrigen darf er ihn in seinem Hause keinesfalls länger als einen Tag oder eine Nacht behalten. Hat jemand dagegen verstoßen, so muß er dem Richter für diesen Frevel allein schon 5 Schillinge leisten. Hat ein Knecht das ohne Wissen seines Herrn getan, so empfangt er 100 Peitschenhiebe. Hat es aber ein Knecht mit Willen seines Herrn getan, so treffe die Buße den Herrn; und zwar so, daß eine höhergestellte Person dem Richter 10 Schillinge leisten muß, wovon die Hälfte dem Richter gebührt, und daß man die andere Hälfte dem gibt, der den Schaden erlitten hat.

23. Wenn heimlich ein fremder Vierfüßler getötet wird.

### III. Titel: Von Leuten, die Sklaven an sich ziehen oder rauben

1. Wenn jemand einen fremden Sklaven an sich zieht.

2. Wenn ein Freier des Raubes eines Knechtes oder einer Magd sich schuldig macht.

3. Vom Raub der Kinder von Freien.

Wer den Sohn oder die Tochter eines Freien oder einer Freien raubt oder verlockt und sie innerhalb unseres Volkes oder

transferri fecerit, huius isceleris autor patri aut matri fratribusque, si fuerint, sive proximis parentibus in potestate tradatur; ut illi occidendi aut vendendi eum habeant potestatem, aut, si voluerint, compositionem homicidii ab ipso plagiatore consequantur, id est solidos CCC; quia parentibus venditi aut plagiati non levius esse potest, quam si homicidium fuisset admissum. Quod si eum ex peregrinis ad propria potuerit revocare, plagiator CL solidos, hoc est medietatem homicidii, exolvat, aut si non habuerit, unde componat, ipse subiaceat servituti.

4. Antiqua. Si servus alienum plagiaverit servum.

Si servus servum plagiaverit alienum domino nesciente, servus, qui hoc fecerit, CL flagella coram iudice extensus accipiat; et sic etiam postmodum qui plagiatus est domino reformetur. Ille vero, cuius servus plagiatus fuerat, mercedem capture a plagiatoris domino non requirat; ita tamen, ut, si fortasse qui plagiatus est tarde repperiatur, plagiatoris dominus alium eiusdem meriti mancipium aut etiam eundem plagiatorem ei, cuius servus vel ancilla plagiata est, dare compellatur, tamdiu sibi servitutum, quamdiu suus servus aut ancilla ei restituatur; et ita ille postmodum domino reformetur.

5. Antiqua. Si servus ingenuum plagiaverit domino imperante.

Si servus ingenuum plagiaverit ex domini iussione, ipse dominus compositionem, que est de ingenuis constituta, compellatur implere; ita ut dominus C publice flagella suscipiat; et servum iussa domini complentem molestia non contingat.

6. Antiqua. Si servus ingenuum plagiaverit domino nesciente.

Si servus sine conscientia domini sui ingenuum plagiaverit, parentibus plagiati sine aliqua dilatione tradatur, ut quod

in fremde Länder verschleppen läßt, ein solcher Missethäter soll in die Gewalt des Vaters oder der Mutter oder der Brüder (des Verschleppten), wenn solche leben, oder der nächsten Verwandten gegeben werden; damit die ihn töten oder verkaufen können oder, wenn sie wollen, auch die Totschlagsbuße von dem Menschenräuber erlangen, das sind 300 Schillinge; denn Verkauf oder Verschleppung ist für die Eltern ebenso schwer, wie wenn eine Tötung begangen worden wäre. Kann der Menschenräuber ihn aus der Fremde in die Heimat zurückrufen, so leiste er 150 Schillinge, das ist die Hälfte der Totschlagsbuße, und reicht sein Vermögen dazu nicht aus, so gehe er selbst in die Knechtschaft.

4. Wenn ein Knecht einen anderen Knecht geraubt hat.

Hat ein Knecht ohne Wissen seines Herrn einen anderen geraubt, so empfangen der schuldige Knecht vor dem Richter ausgestreckt 150 Peitschenhiebe; und dann muß er auch den Geraubten seinem Herrn zurückstellen. Der Herr des geraubten Knechtes verlange keine Belohnung für das Einfangen vom Herrn des Räubers; kann freilich der Geraubte erst später aufgefunden werden, so soll der Herr des Räubers einen anderen gleichwertigen Knecht oder auch den Sklaventräuber selbst dem Herrn des geraubten Knechtes oder der Magd stellen und der (Ersatzsklave) soll ihm so lange dienen, bis jener seinen eigenen Knecht oder seine eigene Magd wieder zurück erhält; und dann soll jener seinem Herrn zurückgegeben werden.

5. Wenn ein Knecht auf Befehl seines Herrn einen Freien geraubt hat.

Hat ein Knecht auf Befehl seines Herrn einen Freien verschleppt, so muß der Herr die für Freie festgesetzte Buße entrichten: der Herr erhalte nämlich öffentlich 100 Peitschenhiebe; der die Befehle des Herrn durchführende Knecht soll nicht beeheligt werden.

6. Wenn ein Knecht ohne Wissen seines Herrn einen Freien geraubt hat.

Hat ein Knecht ohne Wissen seines Herrn einen Freien geraubt, so soll er den Eltern des Geraubten unverzüglich aus-

de eo facere voluerint in eorum consistat arbitrio. Quod si qui plagiatus est reduci potuerit, et dominus pro servo componere vellit, libram auri pro iniuriam ingenui dabit.

#### IV. Titulus: De custodia et sententia damnatorum

1. (Recessvindus.) Si iudex pro crimine interpellatus postea contemnatur.

2. Antiqua. Ut comes iudici auxilium prebeat pro comprehendendis in crimine accusatis.

Quotiens *Gotus* seu quilibet in crimine, aut in furtum aut in aliquo scelere, accusatur, ad corripiendum eum iudex insequatur. Quod si forte ipse iudex solus eum comprehendere vel distringere non potest, a comite civitatis querat auxilium, cum sibi solus sufficere non possit. Ipse tamen comes illi auxilium dare non moretur, ut criminis reus insultare non possit.

3. Antiqua. Si carcerem quis frangat aut custodi persuadeat.

Si quis carcerem fregerit aut custodi persuaserit, vel ipse carcerarius aut custos eos, quos conpeditos habuit, sine iudicis iussionem aliqua laxare presumserit, eandem penam vel damnum, quod ipsi rei fuerant excepturi, sustineat.

4. Antiqua. De tollendis commodis ab his, qui in custodia retinentur.

Iudex, si aliquos in custodia tenuerit, vel hii, qui reos capiunt aut custodiendos accipiunt, ab his, quos in custodia miserint innocentes, *catinatici* nomine nihil requirant nec pro absolute eorum aliquid beneficii consequantur. Quos vero culpabiles in custodia tenuerint, per singulos, quos capiunt, singulos tremisses sibi presumere non vetentur.

Si vero talis sit fortasse condicio, ut ille, qui captus fuerat, ad exolvendam compositionem relaxetur, ipse iudex eandem

geliefert werden, damit diese nach ihrem Belieben mit ihm verfahren können. Hat man den Geraubten zurückbringen können und will der Herr statt seines Knechtes die Buße entrichten, so soll er ein Pfund Goldes für dieses an einem Freien (verübte) Unrecht geben.

#### IV. Titel: Von Verhaftung und Urteilspruch

1. Wenn ein wegen eines Verbrechens angegangener Richter hernach verschmäht wird.

2. Daß der Graf dem Richter Hilfe leisten soll bei der Verhaftung der eines Verbrechens Angeklagten.

Wird ein Gote oder sonst jemand einer Missetat, sei es des Diebstahls oder eines sonstigen Verbrechens, angeklagt, so schreite der Richter zu seiner Verhaftung. Ist etwa der Richter allein nicht imstande, ihn verhaften oder festhalten zu lassen, so verlange er Rechtshilfe vom Stadtgrafen, wenn seine Macht allein nicht ausreicht. Dieser Graf aber soll die Gewährung der Rechtshilfe nicht verzögern, damit der Verbrecher nicht etwa spotten kann.

3. Wenn einer aus dem Kerker ausbricht oder den Wächter überredet.

Ist jemand aus dem Kerker ausgebrochen oder hat er den Wächter überredet oder hat der Kerkermeister selbst oder der Wächter die in Gewahrsam Genommenen ohne des Richters Befehl freigelassen, so leide er Strafe und Schadensbuße, wie sie der Schuldige selbst hätte leiden sollen.

4. Von Gebühren, die man von Gefangenen nimmt.

Ein Richter, der Leute gefangen hält oder Leute, die Schuldige verhaften und zur Bewachung übernehmen, dürfen von unschuldigen Gefangenen nichts als Kettengeld verlangen, noch sollen sie bei deren Freisprechung einen Vorteil erlangen. Von den Schuldigen, die sie gefangen halten, und zwar von jedem Gefangenen je eine Tremisse zu nehmen, soll ihnen nicht verwehrt sein.

Liegt der Fall aber so, daß der Gefangene zum Zweck der Bußleistung freigelassen wird, so soll ihn der Richter zur Erfüllung